

DE  
HELOTIBUS, SPARTANORUM SERVIS,  
DISSERTATIO.

CUJUS PARTEM SECUNDAM,  
VENIA AMPLISS. FAC. PHILOS. ABOËNS.


PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIUNT  
**CAROLUS GUSTAVUS NFKOPP,**  
*Phil. Mag., Litterat. Græcæ Adjunctus,*

ET  
**GABRIEL REIN,**  
*Stip. Publ.,  
Wiburgenses.*

In Auditorio Philosophico die VII Martii MDCCCXXI.  
horis a. m. solitis,

---

A BOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.



Eundem vero tenorem in formando vocabulo, de quo nunc quæritur, non esse observatum, tam est a vero alienum, quam quod alienissimum; quod et sensisse videtur STRABO, cuius auctoritate nostra ratio egregie firmatur. Sæpius enim nominatæ urbis habitatores, in servitutem nondum redactos, ἑλισες (ἑλισες scribendum putat TZSCHUCKE) vocat, nomine autem εἰλωταν, non ut gentili, sed a conditione atque fortuna devictorum deducto, utitur s). Neque, si jam ante Heraclidarum adventum nuncupati fuissent non tantum ἑλοι sed etiam εἰλωτες, patrumque nomen in servitutem quoque redacti retinuisserent, perspicere licet, cur non ita ut antea, dum libertate fruebantur, ambæ denominationes mansissent, verum servi facti semper dicti essent εἰλωτες. Quibus igitur rationibus haud difficile elicetur, laudatum nomen a voce ἑλος non esse petitum, neque, nisi post devictos subjugatosque urbis Helos incolas, ortum. Hoc autem concesso atque probato, alia utique quærenda est denominationis ratio, quam quæ ei vulgo tribuitur. Quod si vero ad fidem

C

valde

---

regione l. agro, Laconico, cui nomen Σημίτης, sic appellatos malueris. Videl. XENOPH. Hist. Gr. L. VI. c. 5. §§. 24, 26, et L. VII. c. 4. §. 21. STEPHANUS BYZ., l. c., εἰλωτας quidem πελιτας iubis Helos vocat, sed haec simul addit: τη̄ εκτασει, και τω̄ γενει, και τη̄ προσθετει τε διαφερει (cicil. voc. εἰλωτες a voce ἑλος).

s) L. not. o. cit.

valde est primum, Spartanos, quos nihil unquam in gratiam servorum fecisse, at contra vel omnia in iis libertatis vestigia delere anxie adnitos fuisse, omniaque sibi licita duxisse; quae ad statum ipsorum, per se tristem, miserrimum reddendum pertinerent, deprehendimus, non ad deliniendam duram conditionem, sed potius κατὰ αἰγιαν καὶ υβρίν, sordidum nomen iis imposuisse t); ad veritatem quam maxime accedere videtur, quod nomine, a sorte eorum derivato et ad fortunam designandam apto, uti volentes, eos Εἰλωτας appellaverint, non quia ex urbe Helos orti essent, sed bello capti et in servitutem redacti; cui quidem sententiæ etiam inde haud parum accedit roboris, quod Helotes cum aliarum in Græcia civitatum servis saepius sint comparati, respectu habito, non modo ad statum, sed et ad denominationem a forte ipforum desumtam u). A vero igitur aberrare non videntur, qui hoc

t) *Scholia festes THUCYDIDIS ad l. c: οἱ δὲ Λακεδαιμονίοις, διὸ τοισι διαφορές εἰναι αλληλοις, τοις δὲ λόγοις αυτῶν εκαλεύεται Εἰλωτας, κατὰ αἰγιαν καὶ υβρίν.*

u) ATHEN. I. c: Λακεδαιμονίοις μὲν γαρ καὶ Θετταλοῖς φεύγονται κατασκευασμένοι τὴν διάλειον εκ των Ἑλλήνων, των εἰκεντῶν προτερον την χώραν, ἵνα εκείνοι νῦν εχθσιν, οἱ μὲν Αχαιῶν, Θετταλοῖ δὲ Περραιβῶν καὶ Μαγγητῶν. καὶ προσπορευεσταν τοις καταδελωθεντας, οἱ μὲν εἰλωτας, οἱ δὲ πενεζας. SUIDAS l. v. πενεζα: δέ εν Λακεδαιμονι καλεσθεί-

hoc nomen a voce εἰλως I. εἰλως ductum autem x).

§. 2.

Fuisse Helotes non ab ipso ortu Spartanorum servos, sed manuum bellique jure acquisitos, primoque ex incolis urbis Helos constitisse, et ex supra allatis jam patet, et Historiarum fide ulterius comprobatur. Primum post occupatam a Doriensibus, vel potius proditione acceptam, Lachonicam, subjectos quidem iis fuisse Achæos, antiquos terræ incolas y), sed simul tamen in æqualitatem legum, societatemque reipublicæ et curiæ admis-

C<sub>2</sub>

fos

λωτας, τεττας Θετταλοι πνευσας λεγεσθι. κεχρηνται δε τω  
ονοματι και Θετταλοι, και Λακεδαιμονιοι, επι των κρε-  
τηθευτων επι τω πολεμω, και διλευοντων κεκρατηκοτι.

- x) J. G. SCHNEIDER, *Griechisch-Deutsches Wörterbuch*, 3:te  
aufl., εἰλως ab εἴλω, αἰγεω derivat; F. W. RIEMER,  
*Griechisch Deutsches Handwörterbuch*, 3:te Aufl., s. v., ad  
urbem Helos originem vocis refert; uncis vero inclusa  
hæc habet: "Ist vielmehr vom Partic. εἰλως, st. εἰλάως,  
zum Substantiv. u. Gentile εἰλαρτης gebildet."

y) Non modo Helios, sed etiam cæteros, ante Heraclida-  
rum adventum Laconice incolas, Achæos vocatos atque  
Achææ potissimum stirpis fuisse, constat. Cf: r HEROD.  
II, c. 98; STRABO L. VIII. c. V. §. 5, et c. VII. §. 1;

fos, non minus ex historia est notum<sup>z)</sup>, quam ipsa rei ratio docet. Ut enim occupationem Peloponnesi, saepius jam antea ab Heraclidis frustra tentatam, non modo virtuti et peritiæ belli, qua insignes fuerunt, sed et pluribus, quæ huic expeditioni favebant, externis rebus debuerunt Doriones a), sic neque facile successissent incepta ipsorum, nisi initio lenitate usi, adversariis non nibil indulgentes se præbuissent. Magnam igitur mutationem veterum incolarum, in sedibus suis manentium, haud passa est conditio atque status, utpote quibus integro fere jure et sine fraude rebus suis uti liceret. Id tantum in primis sibi sumserunt viatores, ut terram in sex partes distribuerent, quarum unam, Amyclas, proditori Philonomo darent, alteram, Spartam, regiam sibi constituerent, cæteris vero ex suis præficerent, qui ob hominum penuriam

PAUSANIAS Lac. c. II. §. 6 et 7, et c. VII. §. 1. Etiam Minyæ, qui, e Lemno a Pelasgis expulsi, Spartam adveni sunt et in civitatem recepti, utpote Argonautarum posteri, eidem profapiæ adnumerari posunt. HEROD. L. IV. c. 145, 146. APOLLONIUS RHODIUS *Argonauticon*. L. IV. v. 1760, ὅπερας τυρσηνοῖς solo patrio extores factos eos narrat."

z) STRABO L. VIII, c. V. §. 4.

a) Videbis MANSO I, B. p. 53, sqq.

riam peregrinos inquitinorum loco reciperen<sup>b)</sup>.  
 Debilitatis vero atque attenuatis, ut victis assolet,  
 in dies magis magisque Achæorum rebus, auctis  
 contra firmatisque Doriensium opibus, ita ut ab illis  
 metuendum sibi minus esse putarent, moderationem  
 atque æquitatem in insolentiam, injuriam, saevitiam  
 sensim mutarunt c). An vero in Laconica quoque  
 eodem,

b) STRABO I. proxime cit.

c) MANSO I. B. p. 51—67. Inde, quod tres e Laconia,  
 ducibus Thera, Patreo et Graide, missæ sunt coloniæ,  
 recte conjici posse putat Vir Celeb., humanitateim, qua  
 primum excepti fuerant Achæi, jam sub prima regum  
 dyade (*unter der Regierung der beyden ersten Könige*, p.  
 63.) esse mutatam. Ut vero taceamus laudatas migra-  
 tiones huic sobriæ cæteroquin conjecturæ sufficientem vix  
 præbere ansam, ea certe in re errat, quod refert, HER-  
 RODOTUM, L. IV. 145—148, dicere, Theram, Proclis et  
 Eurysthenis avunculum atque tutorem, ideo Lacedæmo-  
 ne non mansisse, quod consobrini probandos se ei non  
 reddidissent (*unzufrieden mit dem Betragen seiner Vettern*),  
 cum tamen ex HERODOTI verbis luculenter pateat, eum,  
 parendi insuetum, ob regnandi libidinem (*δεινον ποιευμέ-  
 νον αρχεισθαι οὐπάλλων, επει τε εγεντατο αρχης*) novas  
 sedes quæsiisse. Etiam ex PAUSANIA, qui L. c. c. I. §.  
 6. hæc habet: διδύμοι δε ουτες (Procles et Eurysthenes)  
 διαφόροι τα μαλισσα ησαν. προεληλυθότες δε επι μεγα απεχ-  
 θειας, ὅμως εν κοινῷ Θηρᾳ τῷ Αυτησιανῷ αδελφῷ της  
 μητρὸς σφῶν οὐτι Αργείας, επιτροπευσάντες δε αὐτῶν, συνη-  
 γένετο εἰς αποκιαν, videre licet, consobrinos ei negotium  
 minime facesisse, sed in colonia deducenda ipsi adfuisse.  
 — Male AMASÆUS vertit: "eos eum fecutos esse."

eodem, ac in Messenia d), modo Dorienses jurium æqualitatem Achæis concessam jam ab initio ægre tulerint, regesque ideo, et quo magis libidini suorum satisfacerent, mutato consilio domitos terræ incolas durius tractare statim inceperint, et si ad veritatem primum esse videatur, historia tamen haud expresse testatur. Dubitari saltem non potest, jam Agide et Soo regibus ισοτιμίᾳ privatos esse Achæos et jussos tributum solvere Spartanis, dictoque obtemperasse alios, recusantes vero Helios seditionem fecisse, ideoque oppugnatam urbem ipsorum, opem licet fermentibus Argivis, vi esse captam, subjugatosque incolas in servitutem certis quibusdam conditionibus actos, unde orta famosa illa εἰλωτεῖα, quæ usque ad ea tempora, quibus rerum potiti sunt Romani, mansit e). Orto autem acceptoque  
hac

d) STRABO, L. VIII. c. IV. §. 7, ex Ephoro narrat, Cresphonitem, Messenia potum, "τὰς Μεσσηνιαὶ ἀπαντάς τοις Δωριευστὶ ισονομεῖς" fecisse; "αναξιοπαθεύτων δὲ τῶν Δωριεών, μεταγγυοντα μονή την Στενοκλάδου (regiam suam) νομίσαι πόλιν" εἰς τέτο δέ Δωριεας συναγαγεῖν πάντας."

e) Cf. STRABO L. VIII. c. V. §. 4; PLUTARCHUS *in Lycurgo* c. II. Quibus in tempore constituendo ad stipulantur: JOH. MEURSIUS, *de regno Lacedæmoniorum*, c. XV; NIC. CRAGIUS *de republica Lacedæmoniorum*, L. I. c. XI; CAPPERONNIER, L. c. p. 273; HEYNX L. c. p. 28, sqq.; BARTHELEMY *Voyage du jeune Anacharsis en Grece*, T. V. p. 66; et MANSO, I. B. 2. Th. p. 135. sqq. — Ab his dissentienti PAUSANIAE (L. c. c. 2, §. 7.), factam scil. esse

hac ratione turpi servitii more, solis tamen Heliis posterisque ipsorum conflatam fuisse servorum, quibus postmodum scatebat terra Laconica, turbam, minime est adsumendum. Neque enim injuriae Achæis illatae cum imperato ipsis tributo atque clade Heliorum cesserunt. Bellis namque fere perpetuis, non modo cum vicinis, sed etiam cum περιονοις suis gerendis, vacarunt, qui victi servorum forti abnoxii esse solebant f). Autus hoc modo insigniter est numerus miserorum, frequenti præterea progenie multiplicatus, donec ex subjugatis Meseniis maxima demum caperet incrementa g).

Florem

rem rege Alcamene, octavo ab Eurysthene, tradenti, fidem habendam esse vel ea vetat observatio, quod jam ante Lycurgum extiterit, de qua quæritur, servitus. Videsis MANSO l. c., qui etiam HEYNII conatum, PAUSANIAM cum STRABONE et PLUTARCHO componendi, frustaneum recte censet, alium eos conciliandi modum, neque tamen illum satis idoneum, ipse suggerens.

f) PAUSANIAS passim Libb. III. IV. VII. et VIII. — Solis tamen Spartanis id tribuendum non est, quod viatos captosque bello servorum loco habuerint; moris nempe fuit hoc omnibus omnino gentibus. Quin et ipsi Spartani a Tegeatis superati, et, quas secum tulerant, compedibus vincti agros eorum colere coacti sunt. HEROD. L. I. c. 66—68.

g) HEYNE, L. c. p. 30; censet, paucos tantum numero, qui in agris remanserant e Meseniis, servitutem esse pasfos. Aliter et melius MANSO, L. c. p. 138, de nu-

Florem namque regni Messenici lividis malignisque oculis spectantes Spartani, bellum in Messenios excitarunt, jure jurando se obstringentes, ab incepto non prius destituros, quam totam Messeniam in potestatem suam redegissent. Diu quidem et vario Marte pugnatum: dolo et fraudibus magis quam facinoribus Heroë dignis res eo tandem est perducta, ut, capta Ira finitoque secundo adversus Messenios bello, quotquot ipsorum Iræ vel alibi Messeniæ a victoribus essent deprehensi, in Helotum locum detruderentur h).

§. 3.

---

mero Helotum: "Sie (die Zahl der Heloten) vergösse sich vielleicht um die Hälfte, als die Messenier, nach dem zweiten gegen Sparta geführten Kriege, in Stand der Heloten verflossen wurde."

h) Εάλω δε ἡ Ειρα, καὶ ὁ πολέμος δευτερος Λακεδαιμονιῶν καὶ Μεσσηνιῶν τελος εσχεν, Αθηναῖοι αρχοντος Αυτοσθενες, ετει πρωτῷ της ουδος τε καὶ εικοσης ολυμπιαδος, ἦν ενιας Χιονις Λακων. PAUSANIAS, Messen. c. 23 §. 3. Neque PAUSANIAS sibi, nec alii Historici et Chronologi, in determinando fatali hoc Messeniis anno inter se constant. Vid. Dissert. de Fatis Messenici Populi, Praef. Celeb. J. O. HÖIJER, Ups. P. I.—XII. 1817, 1818. p. 39. Not. y; ad quam Dissert. eos, qui pleniores interitus regni Messenici expositionem desiderant, delegamus. — Celeb. HEYNE, l. c., minus recte dicit, tertia Messeniorum defectione exasperatos Lacédæmonios eos in numerum servorum redigisse; nam, ut vere dicatur, semel adhuc, secundum nempe contra Spartanos bellum excitantes, defecerant.